

Anno scolastico 2015-2016

Classe 1 AL

DISCIPLINA: LINGUA LATINA

DOCENTE: PROF. NICOLETTA MARIA COLOMBO

Testo in adozione: "DA ROMA ALL'EUROPA" di L. GRIFFA ed. IL CAPITELLO

ALFABETO, FONETICA, LE REGOLE DELL'ACCENTAZIONE

MORFOLOGIA E SINTASSI:

- Le prime 3 declinazioni con cenni alle rispettive particolarità
- Gli aggettivi della prima classe
- La coniugazione del verbo "sum" e "possum" (modo indicativo e infinito)
- Le quattro coniugazioni attive e passive (modo indicativo, infinito presente)
- I complementi di luogo, compagnia e unione, argomento, d'agente e di causa efficiente, vantaggio e svantaggio, mezzo, materia, causa, modo, denominazione
- La proposizione temporale
- La proposizione causale

L'INSEGNANTE

COMPITI DELLE VACANZE

PER TUTTI

Taglia ogni versione, incollala su un quadernino, esegui con ordine sopra il testo l'analisi logica e poi traduci. Alla fine della versione ritrascrivi i paradigmi dei verbi incontrati e tutti i nomi al nominativo e genitivo della terza declinazione.

GIUGNO

PROSERPINA

Ceres clara frugum dea erat et multas urbes in Sicilia possidebat. Proserpina, venusta Cereris filia, iucunde per prata cum comitibus errabat et varios veris flores in agris apud urbem Hennam colligebat. Olim Pluto, Inferorum rex, amore incensus, puellam rapere uxoremque ducere statuit. Inferorum rex e Tartarea spelunca igitur evasit, virginem abripuit et in regnum suum portavit. Perdiu Ceres filiae fortunam ignoravit; ideo taedas ex Aetnae vertice inflammavit et per universum orbem terrarum diu noctuque Proserpinam requirere non intermisit: tota loca clamoribus et querelis personabant. Interea natura languebat, neque flores florescebant neque arbores crescebant; ubique frugum messium penuria erat, quia Ceres terram neglegebat. Denique dolor miserae matris patrem deorum hominumque commovit: Olympi dominus Plutonis facinus deae aperuit aequasque condiciones pacis inter Cererem et Plutonem statuit. Tum Ceres filiam repperit, rursusque natura florere incepit.

LUGLIO

LA PRESA DI TROIA

Iamdiu Graeci Troiam, opulentam Asiae urbem, frustra obsidebant: nam Troianorum virtus hostium oppugnationem irritam reddebat. Tum Graeci dolum excogitaverunt: Palladis arte equum ligneum aedificaverunt - equum Minervae piaculum falso dictitabant -, postea fugam per mare simulaverunt. Dolum Sinonis perfidia confirmavit, et credula Troianorum multitudo equum validum munimentum urbis existimavit: ideo cives partem moenium diruerunt, infestumque animal in civitatis arce statuerunt. Sed in beluae cavernis strenui milites latebant. Intempesta nocte (= a notte fonda), dum Troiugeneae, vino et somno gravati, arcte dormiunt, Sinon equi ventrem aperuit; lecti milites, gladiis et hastilibus armati, e latebris erumpunt, vigiliis necant urbisque moenia aperiunt. Saeva Graecorum multitudo irrui in incolas sopitos et inermos: horrendam virorum mulierumque caedem ediderunt, totamque urbem incendiis et ruinis impleverunt.

LE API DI ARISTEO

Aristaeus pastor erat, valde studiosus mellifex (= apicoltore) et Eurydices (= è un genitivo di un nome greco) nymphae assiduus sectator (= corteggiatore). Olim nymp̄ha, dum Aristaei insidias effugere temptat, super aspidem inter herbas occultam incaute pedem posuit. Anguis pedem dente momordit mulieremque ad Inferos demisit. Ceterae nymp̄hae comitem (= traduci al femminile) magnis clamoribus luxerunt et, ira motae, Aristaei apium examina omnino deleverunt. Aristaeus, magno dolore affectus, ad amnis ripas contendit, ubi matris sedes erat: valles et montes undique clamoribus personabant. Mater ex aquis emersit et nato nymp̄harum piaculum apiumque examinis restitutionem indicavit. Iuxta matris consilium, pastor nymp̄harum aras quattuor arietum totidemque ovium cruore respersit. Postquam autem nona aurora illuxit, ex ovium visceribus densa apium nubes evolavit. Ita Aristaeus apium examen restituit atque alveare renovavit.

AGOSTO

LE RANE CHIEDONO UN RE

Ranae dissolutos mores incolarum paludis vi coecere desiderabant, ideoque magnos clamores usque ad sidera sustulerunt regemque per nuntios ab Iove efflagitaverunt. Subrisit deorum hominumque rex et magnam trabem in stagnum demisit. Pavidum genus, terrifico fragore et aquarum perturbatione valde perterritum, effugium in paludis abyssis quaesivit. Cum autem inertiam trabis diu in limo mersae animadverterent, ranae tacite caput e stagno sustulerunt: primum e longinquo regem caute exploraverunt; postea timorem posuerunt, certatim annataverunt, cum petulantia insiluerunt et contumeliis sordibusque inquinaverunt. Denique regem nimis ineptum existimaverunt, quapropter nuntios rursus ad Iovem miserunt et alium regem petiverunt. Tum Iuppiter, valde iratus, hydram in stagnum demisit. Ranae perterritae fugitaverunt, sed frustra: nam, aspero dente singulae (= a una a una) correptae, vitam misere amiserunt.

SETTEMBRE

IL SUPPLIZIO DI TANTALO

luxta poetarum fabulas Tantalus Lydorum rex erat, clarus inter homines ob magnas divitias et diis deabusque carus. Saepe igitur ab Iove Tantalus in Olympum vocabatur atque ad Superiorum epulas admittebatur. Sed Lydorum rex Iovis deorumque consilia in caelo audivit et in terris hominibus declaravit: praeterea furtum fecit ambrosiae et nectaris divini. Ob tanta facinora Iuppiter Tantalum ex Olympo pepulit, in Inferos deiecit et saeva poena punivit. "Tu, Tantale, in palude Stygia in aeternum stabis, sed fame sitique excruciaris: nam si os ad aquam appropinquabis, aqua statim recedet; multi rami cum iucundis pomis ante oculos tuos pendebunt, sed, si brachia ad ea (ea = pronome complemento riferito a pomis) levabis, ventus arborum ramos ad caelum tollet. Praeterea magnum saxum super caput tuum semper impendebit". Itaque miser Tantalus hoc saevum supplicium in perpetuum tulit (dal verbo irregolare fero, fers, tuli, latum, ferre = sopportare).

PER CHI AVRA' AVUTO L'AIUTO o IL DEBITO

In aggiunta alle versioni PER TUTTI, eseguire le seguenti versioni con i medesimi accorgimenti (analisi, paradigmi, nomi della terza)

GIUGNO

LE DEE DEI ROMANI

Romae incolae innumeras deas venerant. Praecipuae earum sunt Hera, caelicolum regina, Minerva atque Diana; incolae autem potissimum deam Vestam adorant. Vesta Romae patrona est: nam in Vestae tutela incolarum vita, concordia et divitiae positae sunt. Romae incolae primitias deae Vestae praebent victimasque vovent; praeterea castae puellae in ara Vestae fiammam perpetuam servant: nam super Vestae aram sacra fiamma semper splendēre debet. Vesta etiam familiae patrona est: ideo tutelam praebet familiae, praesertim matronis et puellis, sed etiam libertae et ancillae Vestae benevolentiam implorant. Italiae incolis deae sunt etiam Flora, Victoria, Fortuna, Roma, Concordia atque Discordia. Flora dea agriculturae est; Victoria copiarum victorias parat; Fortuna incolarum fortunis praesidet; Concordia concordiam confirmat firmasque amicitias conciliat; Discordia, contra, sempiternas discordias concitat acerbisque inimicitias suscitatur atque fovet.

CIRO E GLI SCITI

Post innumeras et claras victorias contra populos Asiae, Cyrus etiam Scythis bellum indicit. Erat eo tempore (= in quel tempo) regina Scytharum Tamyris. Cyrus copias in agros Scytharum ducit ibique castra ponit. Dein postridie magnam vini copiam in castris reliquit fugamque simulat. Tunc Scytharum regina adolescentulum filium cum copiis mittit. Adolescentulus accurrit et fugitivos lacessit ; cum autem ad Cyri castra perveniunt, Scythae, avidi et cupidi vini, bibunt affatim neque adolescentulus, belli imperitus, prohibet. Dum postea universi dormiunt, vino et somno gravati, Cyrus, vir callidus et belli valde peritus, remeat repente in castra, universos Scythas in somno opprimit atque interficit reginae filium.

LUGLIO

IL PESCATORE FLAUTISTA

Piscator tibiatarum peritus (esperto nel suonare il flauto) ad mare pervenit, super scopulum consedit ac tibiis canere (suonare il flauto) suaviter incepit; nam sic cogitabat: "Sine dubio pisces, soni suavitate allecti, ad litus ultro e mari exsiliunt; sic sine magno labore magnam praedam contraham, familiamque artis meae opibus locupletabo". Sed post aliquantum temporis (dopo alquanto tempo, temporis è genitivo di qualità), quod pisces e mari non exsiliabant, piscator tibiis reposuit ac retia in mare proiecit; ita magnam squamosorum animalium copiam contraxit. Cum autem praedam e reti super litus effudit, pisces exsultare effrenate inceperunt. Tum piscator, animo valde irato: "Stulta animalia", inquit (disse), "cum tibiis canebam, artem meam neglexistis atque sprevistis; cur igitur nunc saltatis, cum (quando) canere desii?". Simul (Contemporaneamente) piscator imprudenter echinum pedem calcavit, quapropter ob dolorem exsultare, claudicare ac subsilire incepit. Tunc viator: "Cur nunc saltas", inquit, "cum canere desiisti?".

IL CAVALLO EGOISTA

Equus et asinus simul procedebant, magnis sarcinis gravati. Asinus, nimio onere oppressus, graviter maerebat, lamenta edebat comitemque miserandis verbis obsecrabat: "Suscipe, amice, parvam partem ex meo pondere; nam labor intolerandus est iamque proximus sum morti". Sed equus asini precibus aures non praebebat, immo comitem saepe irridebat atque ignaviae incusabat, donec asinus humi procubuit atque animam efflavit. Tunc asinarius pellem misero animali detraxit imposuitque, unā cum asini sarcina, super dorsum equi. Sero equus animi duritia doluit atque stultitiam suam vituperavit: non solum enim partem ponderis, sed totam comitis sarcinam gerere debuit, et insuper pellem.

AGOSTO

IL CAMPIDOGLIO

Romani super Capitolium arcem ad urbis defensionem aedificaverunt; arx, in summo colle posita, validis moenibus munita erat. Huc, cum Galli Romam post pugnam apud Alliam flumen occupaverunt, urbis defensores confugerunt. Mox barbari arcem quoque noctu paene expugnaverunt sed anseres sacri Iunonis (sacre a Giunone; l'aggettivo sacer, di preferenza regge il genitivo), oppugnatorum rumoribus excitati, clamores ediderunt defensoresque ex somno excitaverunt; ita Romani hostium irruptionem reppulerunt. Super Capitolium Romani etiam sacras sedes deorum extruxerunt; nam cives ibi templa innumeris deis deabusque dicaverunt, sed praesertim Iovi, Iunoni et Concordiae. Clara fuit praecipue aedes Iovis. Hic matronae dona votiva hominum deorumque patri praebebant, sacerdotes victimas pro civitatis salute immolabant et consules post victorias, coronis cincti, gratias deis agebant; praeterea aruspices victimarum viscera observabant numinumque voluntatem hominibus nuntiabant.

SETTEMBRE

SERSE INVADE LA GRECIA

Xerxes, heres odii paterni contra Graecos, innumeras copias conscripsit classemque comparavit, quoniam vehementer optabat bellum renovare ac totam Graeciam subgire. Itaque aestivo tempore Hellespontum traiecit et per Thracum Macedonumque fines cum suis militibus ad Thermopylarum angustias pervenit. Hic (= avverbio = "qui") exiguum Lacedaemoniorum praesidium barbarorum irruptionem cohibere temptavit, sed tanta virtus irrita fuit. Nam proditor, Ephialtes nomine (= complemento di limitazione "di nome..."), devium iter per montes hostibus aperuit; hac (avverbio = "per di qua") Xerxes penetravit e Thessalia in Locridem et in Phocidem, mox in Boeotiam atque inde in Atticam. Barbari in incolas vim fecerunt, oppida ferro ignique vastaverunt, templa incenderunt ac thesauris (= attenzione! Perché c'è l'ablativo? Perché è un complemento di...? Guarda il verbo) spoliaverunt.